

S. ISIDORUS Pelusiotanus († 435/440)

EPISTOLAE¹

^{PG}
78, 184 Lib. I, ep. VII. Ἡ μὲν οἱερὰ τῶν Εὐαγγελίων πυκτή, ἡ εἰς τὸν Ἰωσὴφ 1073 τὴν γενεαλογίαν κατάγουσα ἐκ τοῦ Δαβὶδ ἔλκοντα τὴν συγγένειαν, ἡρκέσθη δι' αὐτοῦ ἀποδεῖξαι καὶ τὴν Παρθένον τοῦ Δαβὶδ συμφυλέτιδα· τοῦ θείου νόμου τὰς συζυγίας αὐτοφύλους θεσπίζοντος γίνεσθαι. Ὁ δὲ τῶν οὐρανίων ὑποφήτης δογμάτων, δι' μέγας ἀπόστολος Παῦλος, ἀναφανδὸν διασαφεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἐκ τοῦ Ἰουδαίου μαρτυρῶν ἀνατεῖλαι τὸν Κύριον. Ταῦτα δὲ δριμύτερον ἐπιστάμενος, μὴ εἰρωνεύοντας τὴν ἐπερώτησιν. Οὐ γάρ λανθάνεις θηρῶν τὴν εὐτέλειαν.

^{PG}
78, 192 Ep. XVIII. Ἐπειδὴ σκάνδαλον εἴπας οἰεσθαι Ἰουδαίοις, τὸ ἐν τοῖς 1074 θείοις χρησμοῖς εἰρημένον· «Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἔως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς», ὡς μετὰ ταῦτα, φησί, συναφείας τῷ μνηστῇρι πρὸς τὴν Παρθένον γενομένης γινωσκέτω ὁ βλάσφημος καὶ ἀχάριστος λαός, ὅτι τὸ «ἔως», πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ «διηγεκῶς» ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ εὑρίσκομεν κείμενον. «Ἐώς ἂν θῶ τοὺς ἔχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου» καὶ ἔστι «διηγεκές».

^{PG}
78, 183 Lib. I, ep. VII. Sacrosanctus Evangeliorum codex, Christi genealogiam in Iosephum, genus ex Davide trahentem, deducens,² satis habuit per eum demonstrasse Virginem quoque ex eadem, qua David, tribu ortum duxisse: propterea quod lege sanciretur, ut matrimonia ex eadem tribu exsistenter.³ At vero divinorum dogmatum interpres, magnus ille apostolus Paulus, veritatem perspicue explanat, cum Dominum ex Iuda ortum traxisse testatur.⁴ Haec igitur acutius certiusque sciens, ne dissimulanter ac veteratorie quaestionem hanc mihi proponas. Nec enim mihi obscurum est, te vilitatem hic auncupari.

^{PG}
78, 191 Ep. XVIII. Quandoquidem existimare te dixisti, offendioni Iudeis id esse, quod in divinis oraculis dictum est, *Non cognovit eam donec peperit filium suum*,⁵ tanquam scilicet postea sponsus cum Virgine congressus sit, noscat contumeliosus et ingratus populus, vocem hanc, *donec*, pro *perpetuo*, in divina Scriptura saepe positam reperiri: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*,⁶ et hoc

¹ Epistolarum libri S. Isidori editionem criticam adhuc desideramus.² Matth. I, 1-16.³ Num. XXXVI, 8.⁴ Hebr. VII, 14.⁵ Matth. I, 25.⁶ Ps. CIX, 1.

«Καὶ οὐκ ἀνέστρεψεν ἡ περιστερὰ * πρὸς τὸν Νῶε, ἵως τοῦ ξηρανθῆναι τὴν γῆν», καὶ εἰς τὸ παντελὲς οὐκ ἀνέστρεψε. Καὶ «Ἐως δὲν καταγηράσῃς, ἐγώ εἰμι», φησὶν ὁ Θεός. Καὶ ἔστι, διηγεῖται. Καὶ ὅλα τοιαῦτα πολλά, σποράδην ἐν τῇ θείᾳ εὑρίσκεται Γραφῆ. 'Ο δὲ θεῖος νοῦς τὴν ὑμετέραν, ὃν Ἰουδαῖοι, κακόνοιαν διορθούμενος, ἐκ πορνείας καὶ νομισάντων καὶ εἰρηκότων γεγεννῆσθαι τὸν Κύριον, ἀνέπαφον δεῖξαι τὸν προσκυνητὸν ἐσπούδασε τόκον, πάσης. δίχα ἐπιθυμίας, καὶ συνουσίας γεγενημένον, θεοπρεπῆ δὲ δύντα καὶ ἀληπτὸν. Τό γάρ μετὰ ταῦτα μὴ συμβῆναι ἀλλήλοις τοὺς τὴν πορνείαν συκοφαντηθέντας, καὶ ἡ τοῦ ἀγγέλου ὄψις ἐκώλυεν, ἐκ Πνεύματος ἀγίου εἰρηκότος ὑπάρχειν τὸν ἐν τῇ Παρθένῳ σαρκούμενον· καὶ ἡ μεγαλειότης τῶν τοῦ τόκου θαυμάτων οὐκ ἐπέτρεπεν, ἡ μετ' αὐτὸν παρθενία, ἡ τῶν ἀγγέλων ὑμνολογία, ἡ τῶν Μάγων δωροφορία, ἡ τοῦ ἀστέρος φωταγωγία, ἡ εἰς Αἴγυπτον ὁδηγία, ἡ τῶν εἰδώλων αἰχμαλωσία, καὶ ἡ αὐτῶν ἐκείνων δικαιοσύνη ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς μαρτυρουμένη. Δηλοῦ δὲ καὶ ἡ τελευταία τοῦ Κυρίου διάθεσις, Ἰωάννη τῷ παρθένῳ τὴν Θεοτόκον συστήσαντος, καὶ τὰς ἐκατέρων

pro, in perpetuum. Et non reversa est columba ad * Noe, donec siccarerentur aquae.¹ Prorsus enim non reversa est. Et, Donec senueritis, ego sum, ait Dominus.² Atqui est perpetuo. Atque alia permulta eiusdem generis sparsim in divina Scriptura reperiuntur. Divina porro mens, o Iudei, perversam vestram sententiam corrigens (qui Dominum ex stupro ortum esse existimasti, ac pronuntiasti), his verbis illud demonstrare studuit, quod intactus adorandus partus, ac libidinis et concubitus expers fuerit, divinitatique consentaneus, atque eiusmodi, qui humanae rationis captum excedat. Nam ne postea ii inter se coirent, quibus fornicatio per calumniam obiecta est, angeli quoque visio prohibebat, qui eum, qui in Virginis utero carnem assumebat, ex Spiritu sancto exstisset dixerat;³ et miraculorum in partu editorum maiestas atque amplitudo vetabat, et virginitas, quae partum secuta est, et angelorum cantus et oblatum a Magis munus, et stella praelucens,⁴ et deductio in Aegyptum, et simulacrorum captivitas et illorum ipsorum iustitia Scripturae sanctae testimonio confirmata. Quin istud quoque postremum Domini testamentum liquido demonstrat, qui quo tempore in cruce erat, ac vivifica morte fungebatur, Ioanni virginī genitricem Dei commendavit⁵ atque amborum vir-

¹ Gen. VIII, 12.

² Isa. XLVI, 4.

³ Matth. I, 20.

⁴ Matth. II, 1 ss.

⁵ Io. XIX, 27.

παρθενίας συνάψαντος, ἡνίκα ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ὅν ζωοποιὸν ὑπέμενε θάνατον. Εἰ ταῦτα οὐ πείθει τὸν γογγυστὴν καὶ φιλοπόνηρον λαόν, οὗ εἰς φύσιν λοιπὸν τὸ θεομαχεῖν κατέστη, κατὰ πετρῶν σπείρεις, καὶ καθ' ὑδάτων γράφεις, καὶ πέπαυσο ματαιοπονῶν.

- ^{PG}
78, 196 Ep. XXIII. Τὸ εἰρημένον ἐν τῇ Θείᾳ Γραφῇ, ὅτι « Πᾶν πρωτότοκον διανοῦγον μήτραν, ἀγιον τῷ Κυρίῳ », οὐ περὶ παντὸς εἰρηται πρωτοτόκου· μὴ οὕτως οἱ ἀμαθεῖς νομιζέτωσαν· ἀλλὰ περὶ ἐνὸς [ἐκείνου] καὶ μόνου, τοῦ ἐν τῷ τίκτεσθαι τὴν μήτραν ἀνοίξαντος. Πᾶσαν γάρ μήτραν μίξις καὶ συνουσία ἀνοίγνυσι· τὴν δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κυήσασαν, αὐτὸς *197 * συλληφθεὶς ἀσπόρως προερχόμενος ἤνοιξε, καὶ πάλιν ἐσφραγισμένην κατέλιπεν· ἀληθῶς μὲν γενόμενος ἄνθρωπος, ἀληθῶς δὲ [ῶν καὶ] Θεὸς καὶ προσκυνούμενος εἰς ἔξ ἀμφοτέρων τῶν φύσεων.

- ^{PG}
78, 216 Ep. LIV. Τί περισσὸν ἡ ἀλλότριον τῆς ἡμετέρας, ἔφης, θρησκείας δοξάζοντις οἱ πολυπλανεῖς καὶ πολύθεοι "Ελληνες, μητέρα θεῶν ἀναγράφουσιν, ὅπότε καὶ ἡμεῖς Θεοῦ μητέρα πιστεύομεν. "Ακουε τοίνυν συντόμως, ἀ καὶ μαθεῖν σε θέλω γνησίως. "Ελληνες μὲν τὴν τῶν θεῶν αὐτῶν καὶ ὑπάτων μητέρα, ἔξ ἀκολασίας καὶ ἀρρήτων παθῶν, καὶ συνειληφυῖαν καὶ τετοκυῖαν ἐγνώρισαν, οὐδὲν διτι λαγνείας εἶδος ἢ ἀγνοήσασαν, ἢ ἀπρακτον καταλιποῦσαν,

ginitates copulavit. Si haec murmuratorem, atque improbitatis amantem populum non movent, cui iam Deum bello lacessere in naturam redactum est, in petras seminas, et in aquis scribis. Incassum itaque laborare desine.

- ^{PG}
78, 195 Ep. XXIII. Id quod in sacra Scriptura dictum est, *Omne primo-genitum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*,¹ non de omni primogenito dictum est (ne hoc imperiti homines existimint), verum de uno illo ac solo, qui in partu vulvam aperuit. Etenim omnem *198 quidem vulvam concubitus ac venereus complexus aperit: * at eam, quae Dominum nostrum Iesum Christum peperit, ipse sine semine conceptus, prodiens aperuit; ac rursum clausam et obsignatam reliquit: vere nimirum homo effectus, ac vere item Deus exsistens, unus idemque in duabus naturis adorandus.

- ^{PG}
78, 215 Ep. LIV. Quaeris ex me, quidnam amplius, aut quidnam alienum a nostra religione sentiant variis erroribus laborantes, ac multorum deorum cultores gentiles, quod deorum matrem scriptis suis statuant, cum nos quoque Dei matrem credamus. Audi ergo breviter, quae te sincero animo intelligere cupio. Gentiles deorum suorum, et quidem summorum, matrem eiusmodi agnoverunt, quae ex libidine ac nefandis affectibus et conceperit, et pepererit: quaæque, ut

¹ Exod. XIII, 2 et Lc. II, 23.

δέ τοιούτων μητέρα. Ὡν δὲ ἡμεῖς τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ ἡμῶν γενομένην δόμολογοῦμεν μητέρα, μονογενῆ καὶ μονότροπον σύλληψιν δεξαμένην, πᾶσαι· τῶν ἀνθρώπων αἱ γενεαὶ σὺν ἀληθείᾳ ἐπέγνωσαν, οὔτε σπορᾶς γενομένης, οὔτε φθορᾶς μεσιτευσάσης. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς τοῖς * λεγομένοις, ἐκ τῆς τοῦ γεννηθέντος δυνάμεως εἰσῇ τὸ ἀληθέστερον. Πηροῖς γάρ ὁ φθαλαμοὺς ἔχαρισατο, λεπτούς τῆς λώδης καὶ τοῦ πάθους ἐκάθαρεν, νωδοῖς, καὶ μογιλάλοις, καὶ κωφεύοντι τὴν ἀκουστικὴν καὶ [τὴν] φωνητικὴν ἀρμονίαν ἐνέθηκεν. Ἐπὶ νώτων θαλάσσης ἐδάδισεν, οἰδήσεις κυμάτων, καὶ πνευμάτων ἀτάκτους ἐμβολὰς κατεπράσυνε, δαιμόνων στίφη καὶ φόλαγγας λόγω μόνῳ ἐδίωξε, τεθνεῶτας πολλοὺς ῥήματι πρὸς παλινζωτὰν ἐκάλεσε. Ταῦτας ἡμῖν τὰς θεοσημείας οἱ αὐτόπται αὐτῶν παρέδωκαν, τοσοῦτον κολακείας καὶ χάριτος ἄμοιρον τὴν μαρτυρίαν τηρήσαντες, ὡς καὶ τὰ συμβάντα αὐτῷ ἐπονείδιστα γράψαι, διωγμούς, ὕδρεις, λιθασμούς, ἐμπτύσματα, ῥαπίσματα, κολαφίσματα, σταυρόν, ἥλους, καὶ θάνατον, διὰ ἀνάστασις διεδέξατο συντόμως, καὶ τὸν παθόντα Θεὸν σεσαρκωμένον, σημαίνουσα, καὶ τὴν τεκοῦσαν Θεοῦ σαρκωθέντος Μητέρα κηρύττουσα. Εἰ τὰ πράγματα δύοια, ἀνάγκη καὶ τὰ ὄντα καταδέχεσθαι δύοια.

1077 Ep. CXLI. Εἴπε τῷ Ἰουδαίῳ τῷ πρὸς σὲ διενεχθέντι περὶ τῆς θείας PG 78, 276
σαρκώσεως, καὶ λέγοντι, διὰ ἀδύνατόν ἐστι φύσει ἀνθρωπείᾳ δίχα συνουσίας

huiusmodi deorum mater, nullum lasciviae genus aut ignoraverit, aut praetermisserit. At eam, quam nos incarnati Dei nostri matrem exstisset, atque unius generis ac modi conceptionem suscepisse contemur, omnes hominum nationes vere * agnoverunt, sic nimirum, ut nec virile semen, nec labes ulla intercesserit. Quod si sermonibus meis diffidis, ex eius, qui genitus est, potentia, id verius intelliges. Caecis enim oculos largitus est, leprosos labē ac vitio purgavit, balbis impeditaeque linguae hominibus ac surdis eam harmoniam indidit, qua et audire et loqui possent; supra maris tergum ambulavit, tumultes fluctus, ac praecipites ventorum impetus sedavit, daemonum agmina et cuneos solo sermone fudit ac profligavit, multos mortuos verbo solo ad vitam revocavit. Haec divinitus edita signa ii, qui ea viderant, tradiderunt. Qua etiam in re testimonium suum ab adulatio-
ne et gratia usque adeo purum servaverunt, ut probra etiam, quae ipssi acciderunt, litteris mandarint, persecutions, contumelias, lapi-
dationes, sputa, colaphos, alapas, crucem, clavos, ac mortem, quam resurrectio secuta est, breviter atque compendiarie: tum cum, qui passus est, incarnatum Deum esse significans: tum eam, quae per-
perit, incarnati Dei Matrem esse praedicans. Si res inter se similes sunt, similia quoque nomina suscipere necesse est.

1077 Ep. CXLI. Dic ad Iudeum, qui de divina incarnatione tecum altercatus est, negatque fieri posse ut natura humana citra comple- PG 78, 275

καὶ σπέρματος τεκεῖν· ὅτι οὐδὲν ξένον, εἰ καὶ τοῦτο ἀγνοεῖς, μετὰ [τῶν] πάντων τῶν τοῦ νόμου μαστηρίων καὶ δογμάτων. Ὁ γάρ εὐθέως τὰ προοίμια τοῦ νόμου καταμαθεῖν μὴ δυνηθεῖς, ἐπίδηλα ὄντα καὶ σαφῆ, πῶς δύνασαι εἰς τὸν ἀπόκρυφον αὐτοῦ διαδεῖν, ἢ διαινύψαι βυθόν; Γέργαρπται γάρ, ὅτι «Ἐπέδιαλεν δὲ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδάμ, καὶ ὑπνώσε, καὶ ἔλαθε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς· καὶ φυοδόμησε τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαθεν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ εἰς γυναικα», πρότερον κτίσας ἀπὸ τοῦ χούς τὸν Ἀδάμ. Ἰδού οὖν ὁ ἀνὴρ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρός, καὶ ἀμφότεροι τῆς συνουσίας χωρίς. Ἐπεὶ οὖν * ἐπώφειλεν ἡ γυνὴ χρέος τῷ ἀνδρὶ, ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ δίχα σπορᾶς ὑποστᾶσα, τοῦτο ἀπέτισε καὶ μήτηρ τοῦ Κυρίου, αὐτὸν δίχα σπέρματος ἀποδοῦσα σεσαρκωμένον. Οὐκ ἔστιν οὖν τῇ φύσει ἀδύνατον· ἀλλ’ ὁσπερ ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων ἥδη γεγένητο, ἐπὶ τῆς Δεσποτικῆς οἰκονομίας τετέλεστο· εἰ καὶ τὰ παράδοξα τῷ τόκῳ τούτῳ ὠφείλετο· ἀναγίνωσκε οὖν, ἵνα γινώσκῃς. Εἰ δὲ γινώσκειν οὐ βούλει, μὴ ἀναγίνωσκε, ἵνα μὴ καταγινώσκῃ, ὡς ἀγνοῶν ἢ ἀναγινώσκεις.

DE DOMINI RESURRECTIONE

PG 78, 408 Ep. CDIV. "Ωσπερ παρθενευούσης τῆς φύσεως ὁ τόκος τοῦ Κυρίου 1078 γεγένηται, καὶ ἡ πρόοδος τῆς σαρκώσεως τῇ ἀγνείᾳ μείωσιν οὐκ ἐποίησεν."

xum venereum ac semen pariat: haud novum ac mirum videri debet, si cum omnibus legis mysteriis ac dogmatibus hoc quoque ignoras. Nam qui ipsam legi praeludia, quae perspicua et aperta sunt, minime cognoscere potuisti, quoniam pacto in abditum ipsius penetratae prospicere queas? Scriptum est enim: *Immisit Deus soporem in Adam: cumque abdormisset, tulit unam de costis eius, et replevit carnem pro ea. Et aedificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam,*¹ cum prius ipsum Adam e terra creasset. En igitur vir e terra, et mulier ex viro: et uterque sine concubitu. Quoniam igitur mulier * velut debito quodam astricta erat viro, ut quae ex ipsius costa citra concubitum exstitisset, Domini mater illud persolvit, eum videlicet absque ulla seminis profusione incarnatum reddens. Quare hoc naturae minime impossibile est: verum quod prius in primis iam parentibus contigerat, hoc in Dominicis quoque incarnatione confitum est: etiamsi alioqui nova et admiranda huic partui debebantur. Lege igitur, ut intelligas. Sin autem intelligere non vis, ne quidem lege, ne condemnaris, velut ignorans quae legis.

PG 78, 407 Ep. CDIV. Quemadmodum virginitatem colente natura partus 1078 Domini exstitit, nec incarnationis progressus castitati decrementi

¹ Gen. II, 21.

οὗτως ἐσφραγισμένου τοῦ μνήματος, ἡ ἀνάστασις γέγονε· Θεοῦ γάρ ἐνανθρωπήσαντος τὰ ἀμφότερα.

IN ILLUD DICTUM AD SERPENTEM: « INIMICITIAS PONAM
INTER TE »,¹ ETC.

- 1079 Ep. CDXXVI. Τὸ σπέρμα τῆς γυναικός, δὲ ἔχθραίνειν τῷ ὅφει προστάτη^{PG 78, 417}
τει Θεός, δὲ Κύριος ἡμῶν ἐστιν Ἰησοῦς. Αὐτὸς γάρ σπέρμα γυναικός μόνος
γέγονεν ἐξ αὐτῆς, μηδὲ σπορᾶς ἀνδρὸς μεσιτευσάσης καὶ τῆς ἀγνείας μὴ
μειωθείσης.

IOANNES Antiochenus († 441/442)

EPISTOLAE

- 1080 Ep. I.² 4. Ἐγὼ δέ σου τὴν θεοσένειαν οὐκ ἐπὶ διαβεβλημένη μεταστάσει^{PG 77, 1453}
τοῦ λόγου προτρέπω, οὔτε μὴν ἐναντιότητι μειρακιώδει, ὡς ἂν τις εἴποι·
ἀλλ’ ἐπειδὴ σοι πολλάκις πρὸ πολλοῦ εἰρηται, ὡς μεμαθήκαμεν, ὡς οὐκ
ἐκτρεπόμενος τὴν εὐσεβῆ ταύτην διάνοιαν, μόνον τὸ ὄνομα παραιτῇ· εἰ δέ
σοι τινες τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπισήμων καὶ τοῦτο ὑπόθουντο, οὐκ ἀν
παραιτήσαιο ἀνενδοιάστως καὶ Θεοτόκον τὴν ἀγίαν Παρθένον εἰπεῖν. Τούτου
ἔνεκα ἐπὶ τόσον σε προτρέπω προσενεγκεῖν, ἐκκαλούμενος ὅπερ μεμα-
θήκαμεν * μὴ διασφάλλεσθαι τε φρονοῦντα, προστιθέντα δὲ ὅημα πράγματι^{*1456}

quidquam attulit: eodem modo clauso atque obsignato monumento
resurrectio contigit. Dei enim humanitate induiti utrumque est.

- 1079 Ep. CDXXVI. Illud mulieris semen, quod Deus inimicum et^{PG 78, 418}
infestum serpenti esse iubet, Dominus noster Iesus est. Nam ipse,
mulieris semen, solus ex ea ortus est: sic nempe, ut nec viri semen
intercesserit, nec castitati quidquam decesserit.

- 1080 Ep. I.² 4. Ego vero non ad probrosam aliquam orationis correctio-^{PG 77, 1454}
nem, neque ad puerilem palinodiam, ut sic loquar, pietatem
tuam invito: sed quia multi, ut intelligo, non infrequenter ex
te audierunt quod ipsam solam vocem, non piā quoque ipsius vo-
cī notionem averseris: si qui vero celebrioris famae ecclesiastici auc-
tores tibi fuerint ut ipso quoque nomine admisso, sacram virginem
Mariam Deiparam appelles, te istud neutiquam recusaturum esse.
Hanc ob rem te moneo hortorque, ut libera id voce * depromas, quod
citra errorem sapere certo dignosceris. Age, inquam, rei quam recte

¹ Gen. III, 15.

² Ad Nestorium.

● PG 78, 212, 289, 388, 396, 868